

PROPRIO DE LA MISA SEGUNDO DOMINGO DESPUÉS DE PASCUA

Ps. 32. 5-6 INTROITO

MISERICORDIA Dómini plena est terra, alleiúia: verbo Dómini cæli firmáti sunt, allelúia, allelúia. *Ps. 32. 1.* Exsultáte, justí, in Dómino: rectos decet collaudátio. *V̄.* Glória Patri.

Toda la tierra está llena de la misericordia del Señor, aleluya; la palabra del Señor ha hecho los cielos, aleluya, aleluya. Salmo. Regocijaos, justos, en el Señor; a los rectos de corazón conviene alabarle, *V̄.* Gloria al Padre.

COLECTA

DEUS, qui in Fílii tui humilitáte jacéntem mundum erexísti: fidélibus tuis perpétuam concéde lætítiam; ut, quos perpétuæ mortis eripuísti cá-sibus, gáudiis fácias pérfrui sempitérnis. Per eúndem Dóminum nostrum.

Oh Dios!, que con la humillación de tu Hijo has elevado al mundo abatido: concede a tus fieles perpetua alegría, para que hagan gozar de una felicidad sin fin a los que libraste de caer en la muerte eterna. Por el mismo Señor nuestro.

1 Pet. 2. 21-25 EPÍSTOLA

CARÍSSIMI: Christus passus est pro nobis, vobis relínquens exéplum, ut sequámini vestígia ejus. Qui peccátum non fecit, nec invéntus est dolus in ore ejus: qui cum maledicerétur, non maledicébat: cum paterétur, non comminabátur: tradébat autem judicánti se injúste: qui peccáta nostra ipse pértulit in corpore suo super lignum: út peccátis mórtui, justítia vivámus: cujus livóre sanáti estis. Erátis enim sicut oves errántes, sed convérsi estis nunc ad pastórem et episcopum animárum vestrarum.

Carísimos: Cristo también padeció por nosotros, dándoos ejemplo para que sigáis sus huellas. Él no cometió pecado alguno, ni se halló engaño en su lengua; él, cuando le maldecían, no maldecía; cuando le atormentaban, no amenazaba, antes se ponía en manos del que le sentenciaba injustamente; él llevó la pena de nuestros pecados en su cuerpo sobre el madero, a fin de que muertos a los pecados, viviésemos para la justicia; por sus llagas fuisteis sanados. Andabais como ovejas descarriadas, mas ahora os habéis convertido al Pastor y custodio de vuestras almas.

Luc. 24. 35; Jn. 10. 14

ALLELÚIA, allelúia. *Ÿ*. Cognovérunt discípuli Dóminum Jesum in fractiōne panis.

ALLELÚIA. *Ÿ*. Ego sum pastor bonus: et cognóscō oves meas, et cognóscunt me meæ. Allelúia. Allelúia.

Jn. 10. 11-16

IN illo tēpore: Dixit Jesus pharisæis: Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro óvibus suis. Mercenárius autem, et qui non est pastor, cujus non sunt oves própriæ, videt lupum veniētem, et dimittit oves et fugit: et lupus rapit, et dispérgit oves: mercenárius autem fugit, quia mercenárius est, et non pértinet ad eum de óvibus. Ego sum pastor bonus: et cognóscō meas, et cognóscunt me meæ. Sicut novit me Pater, et ego agnóscō Patrem: et animam meam pono pro óvibus meis. Et alias oves hábeo quæ non sunt ex hoc ovili: et illas opórtet me addúcere, et vocem meam áudiant, et fiet unum ovile, et unus pastor.

Ps. 62. 2, 5

DEUS, Deus meus, ad te de luce vígilo: et in nómine tuo levábo manus meas, allelúia.

BENEDICTIÓNEM nobis, Dómine, cónferat salutárem sacra semper oblátio: ut, quod agit mystério, virtúte perficiat. Per Dóminum.

ALELUYA PASCUAL

Aleluya, aleluya. *Ÿ*. Conocieron los discípulos al Señor al partir el pan.

Aleluya. *Ÿ*. Yo soy el buen Pastor, conozco mis ovejas, y las mías me conocen a mí, aleluya.

EVANGELIO

En aquél tiempo: Dijo Jesús a los fariseos: Yo soy el buen Pastor. El buen Pastor da su vida por sus ovejas. Pero el mercenario, el que no es pastor propio, como no son tuyas las ovejas, en viendo venir al lobo, desampara las ovejas y huye, y el lobo las arrebató y dispersa el rebaño; el mercenario huye, porque es asalariado y no tiene interés en las ovejas. Yo soy el buen Pastor, y conozco mis ovejas, y las mías me conocen a mí, así como me conoce a mí mi Padre y yo conozco a mi Padre. Yo doy mi vida por mis ovejas. Tengo también otras ovejas que no son de este aprisco, las cuales debo recoger; y oirán mi voz, y se hará un solo rebaño y un solo pastor.

OFERTORIO

Señor, Dios mío te busco desde la aurora; yo levanto mis manos invocando tu nombre, aleluya.

SECRETA

Confiéranos siempre, ¡oh Señor!, esta oblación santa una bendición saludable a fin de que produzca realmente el efecto del misterio que representa. Por nuestro Señor.

PREFACIO DE PASCUA

VERE dignum et justum est, æquum et salutáre: Te quidem, Dómine, omni tēpore, sed in hoc potíssimum gloriósius prædicare, cum Pascha nostrum immolátus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui abstulit peccáta mundi. Qui mortem nostram moriēdo destrúxit, et vitam resurgēdo reparávit. Et ideo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dóminatió nibus, cumque omni milítia cælestis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicētes:

Joan. 10. 14

EGO sum pastor bonus, allelúia: et cognóscō oves meas, et cognóscunt me meæ, allelúia, allelúia.

PRÆSTA nobis, quæsumus, omnipotens Deus, ut vivificatió nis tuæ grátiam consequētes, in tuo semper múnere gloriémur. Per Dóminum.

En verdad es digno y justo, equitativo y saludable, que en todo tiempo, Señor, te alabemos; pero con mas gloria que nunca en este día, en que se ha inmolido Cristo, nuestra Pascua. El cual es el verdadero Cordero que quito los pecados del mundo y que, muriendo, destruyo nuestra muerte, y, resucitando, reparo nuestra vida. Por eso, con los Angeles y los Arcangeles, con los Tronos y las Dominaciones, y con toda la milicia del ejercito celestial, cantamos un himno a tu gloria, diciendo sin cesar:

COMUNIÓN

Yo soy el buen Pastor, aleluya; y conozco mis ovejas y las mías me conocen a mí, aleluya, aleluya.

POSCOMUNIÓN

Te pedimos, ¡oh Dios todopoderoso! Nos concedas que, habiendo recibido la gracia de tu vivificación, podamos siempre gloriarnos de conservar este don divino. Por nuestro Señor.